

Ad sollemnia natalitia

Regis augustissimi et potentissimi

Friderici Guilelmi IV.

ipsis idibus Octobribus celebranda

hujus urbis magistratum, alumnorum parentes, omnes qui nostris
studiis favent

ea qua par est reverentia

invitant Gymnasii Elberfeldiensis Collegæ.


Ser. K. Volker

ELBERFELDIÆ,

typis Sam. Lucas.

gel
1 (1849) : 1848

S. Pr. 19.
3



Claudius Civillis in sacro nemore.

Qua vagus ancipiit Rhenus se dividit amne,
Et qua multifidis pelagus glaucum obstrepit undis,
Insula opima jacet, Batavam dixere coloni,
Gens a belligeris descendens bellica Cattis.
Non alii pariter fortis, sive agmine facto
Conglomerare manus, sive ora renixa volueris
Flectere quadrupedis, fluviosque innare rapacese.
Princeps gentis erat regali Claudius ortu,
Ingenio sollers, velans quae mente premebat
Consilia; at penitus residebant corde dolores. 5.
Nam grave servitii tulit aegre pondus iniqui,
Et male torquebant Romani vincula regni
Dura virum, quem privatae vel pectoris irae
Versabant; falso nam laesus crimine turbae
Tractus erat Romam, sed mox dimissus avitas
Ad sedes. Jam fama viri pervaserat omnes
Et Batavos, et qui contingunt litora Rheni;
Plurima jamque manus juvenum circumfluit audax
Et generosa ducem, pro libertate parata,
Pessima quaeque pati, lucemque relinquere dulcem. 10.
Qualis raptorum per noctem turba luporum
In silvis ululat, caedemque minatur ovili,
Imbres atque nives patiens, sternit pavor artus
Pastoris, timidique tremunt sub matribus agni,
Talis et illa cohors fertur, meditata ruinam
Romanis. Qualisque Italas quandam Hannibal urbes
Victor lustravit, crudelem servidus iram
Improbis et jurans odium exitiale togatis,
Talis jactabat Batavis se Claudius oris 15.
20.
25.

30. Ultorem infensum defensoremque paterni
Et Laris et fundorum et libertatis avitae.
,,En cives, en tempus adest, jam promite tela;
,,Cernitis, infestis hostis sibi dissidet armis.
,,Sumite nunc poenas, peregrinos pellite terra
35. „De patria, mores et jus revocate paternum.“
Sic clamans volitat per terram Claudius omnem,
Hortatus populum, cupida qui combibit aure
Et menti penitus figit quae laudat avetque.
Praeterea duci fatis ad grandia rerum
40. Principia, esse illum, qui magnam concuteret rem,
Praedixit silvis habitans veneranda sacerdos,
Velleda, vaticinans agitataque numine Divum
Virgo, quae populos late ditione tenebat.
Haec inter Roma praegrandis epistola venit,
45. Delectum edicens juvenum pubisque Batavae.
Confremuere omnes peregrinaque bella recusant,
Obnixis stimulus occulto Claudius addit,
Nec jam cunctatur sed tempora corripit apta.
Est nemus antiquum, quod sacras explicat umbras;
50. Hic celsae quercus, patrii Jovis alta voluptas,
Hic betulæ, hic pinus et ventis percita fagus;
In medio tumulus nudusque est arbore campus.
Quum jam crescentem renovaret lampada Phoebe,
Convocat huc gentis primores Claudius omnes,
55. Et quis mens alacris magnumque audere parata est,
Instaurans epulas, quo cautus falleret hostem.
Theudomar huc venit, Vahalis per litora regnans,
Cum sociis fidis; aper huic setosus aheno
Frendebat clypeo, caput ursi in casside prostat;
60. Ornatus similis comitum est, frameisque coruscant.
Nec non de patriis descendit collibus Arno,
Arenacum tua nunc ubi vernant gramine rura;
Huic humeros lyncis maculosae tegmina velant.
Adfuit et Brinno, generosus Canninefatum
65. Princeps, laetatus nimium popularibus auris.
Et ventos celeres qui praevertebat equorum
Cursu, Clodiomar, non gnarus cedere campis.
Centum alii veniunt, ambacti quemque sequuntur.
Nox erat et taedis nenus omne relucet;

- Consedere duces , dapibusque ante ora paratis
Gaudent, et vino, quod gens potabat, amaro.
Jamque est qui nimio perfusus tempora Baccho
Rixari coepit nocturaque promere verba.
Tum qualis coelo Cythereia stella sereno
Ante alias fulget, solis praenuncia stella,
Constitit in tumulo prope odoram Claudius aram;
Juxta stans alba velatus veste sacerdos
Imperat et dextra claraque silentia voce.
Deinde ubi sedati fluctus strepitusque virorum
Conticuit, solio sic Claudius insit ab alto:
„Quid memorem, cives, magnorum facta parentum,
„Quasque virum nomen nostrum pervenerit aures?
„Germani novere vires, novere Britanni
„Nostras, et metuunt Romani robora nostra.
„O proavi, in mortem pro libertate parati!
„Si nunc Tartarea mortis de valle nepotes
„Respicitis, Wodan, cuius nunc ignibus ara
„Sacra calet, nobis ignoscite, nominis, eheu!
„Quod sumus immemores vestri; pater optime parcas.
„O quae pertulimus, cives, quae probra nefanda!
„Servitium injungit nobis miserabile, turpe
„Advena, gens mollis, miseraque libidine segnis.
„Ipse fui Romae, pendentes ipse ruinas
„Vidi ego, credatis mihi, jam respublica fertur
„Istorum praeceps rapiturque voragine vasta.
„Nos socios quondam quos dicebant et amicos,
„Ut servos Asiae populos et molle Corinthi
„Vulgas habent, nos, nos Batavos, genus acre virorum,
„Auricomis Frisiis nos cognatosque Sicambris.
„Praefectos mittunt, truculentos Centuriones,
„Auri torquet amor quos et male sana libido,
„Qui praedas abigunt, infirmaque corpora patrum
„Conquiruntque senes, qui praemia debita solvant.
„Heu! piget effari, juvenes ad stupra trahuntur,
„Et discunt pueri jam non horrere pudenda.
„Hoc patitur Batavus, Batavus vae libera colla
„Submisit domino? spectas hoc, maxime Wodan?
„En rapiunt vestram pubem a nutricibus arvis,
„Ut sua bella gerant miseri tellure remota;
- 70.
- 75.
- 80.
- 85.
- 90.
- 95.
- 100.
- 105.

110. „Et sibi subjiciant gentes toto orbe rebelles.
 „Quos nunc edicunt delectus, anne ferendi?
 „Ilos ingenuum natum extorquere parenti,
 „Et fratri fratrem? Tendentes cernite matres
 „Brachia sublatis palmis genibusque volutas!
 115. „Auxilium vestrum implorant, ut pignora cara
 „Servetis, miserosque senes atque artubus aegros
 „Defendatis avos; ne claudite questibus aures.
 „Forsan mens refugit formido et concutit ossa,
 „Et tenet attonitos Romani nominis horror.
 120. „Solvite corda metu; magna perculsa ruina
 „Illa jacet quandam gens cunctis horrida terris.
 „Namque cubat socors segnisque Vitellius aula
 „Marmorea, dum instat discordi Flavius urbi:
 „Quin sequimur partes hujus, confingimus acre
 125. „Huic studium? In turbis civilibus adjuvat usque
 „Non haerere pigrum, donec victoris acerbum
 „In jus tu cedas, sed tempora prendere recte.
 „Monstrat iter fortuna, viam quam monstrat eamus.
 „Adspicite has chartas, mihi quas Antonius ipse,
 130. „Dux Flavii scripsit, quis ne mittam legiones
 „Praecipit excitas, sed apud vexilla retentem;
 „Pro tantis meritis se grates solvere dignas.
 „Et nunc militiam si detrectamus et arma
 „Si capimus, nonne illius tentare videmur
 135. „Partes, nonne jugum saevi vitare tyranni?
 „Nil igitur timeas, spes utrobique secunda est.
 „Oppressis veniam concedet Flavius ultro,
 „Victori nullam rationem scilicet hostis
 „Extorquet, magnas ad spes extollite mentem.
 140. „Jungent cognati nobis socia arma Sicambri,
 „Exspectant Galli vos auctoresque ducesque
 „Dissidii, nolunt Romanas ferre catenas
 „Protenus et cupiunt vos et socios et amicos.
 „Ipsi vos validos et equo, validosque pedestri
 145. „Milite Romani metuunt, vestramque periclis
 „Objiciunt pubem summis, statuunt, ubi Mavors
 „Corpora mille virum caedit, gaudetque cruentis
 „Caedibus. Extero nam semper Marte gerunt rem.
 „Aedua quanam vi res concidit? Arvernosque

- 7
-
- „Quis stravit validos? Penitus protrita recumbit
 „Gallia Gallorum manibus; sic horrida fratres
 „Disjungit dominamque facit discordia gentem
 „Romanam; ipsorum manus est desueta labori,
 „Ars belli contemta jacet, legisque solutus
 „Otia miles agit castris; ibi nil, nisi praeda
 „Decrepitique senes; legionum nomina vana
 „Ne tremite, horrendae sunt vestro robore tantum;
 „Aut nunc, aut numquam spes libertatis avitae.“
 Conticuit toto et circumfert lumina campo;
 Concutiunt frameas coelumque assensibus implent.
 Et silvae reboant fremitus et longus Olympus.
 Ecce autem excitus nemorosa valle caballus
 Hinnitum tollit praecepsque per aequora fertur.
 „En, dant propitii nobis fausta omina Divi,
 „Nuntiat eventus divini conscientia equi vis,“
 Conclamant, „faustos, euae! quatite arma sodales.“
 Jamque aderat stellis eos rubicunda fugatis;
 Cum steterunt magno densi facto orbe Batavi,
 Magnum adjurantes numen magnamque Tonantis
 Vim, patriam ulcisci duris et solvere vincis;
 Nec tondere comam, rigidam nec ponere barbam,
 Quam si conciderent aquilae, ruerent legiones,
 Atque illas gladius Batavus demitteret Orco.
 Diris incessunt hostes, mala multa precantur,
 Ut pereant, ut Di mittant pestemque luemque,
 Jupiter omnipotens adigatque ut fulmine ad umbras.
 Quisque domos abeunt, ardent mox praelia campis,
 Et furit horrionum quassans Bellona flagellum.
- 150.
- 155.
- 160.
- 165.
- 170.
- 175.

Dr. Völker.



601. *Phytolacca* *acanthocarpa* Schrad. ex Willd.
Succulent plant with small, stiff,
oblong leaves and opposite, digitate
leaves; flowers few, small, inconspicuous,
yellowish, with white base; fruit small,
blue-black, ovoid, smooth, taste sweetish.
Root slender, about four centimetres long.
Leaves alternate, elliptical, entire, base
acute, petioles slender, glabrous, taste
sweetish, fruit yellowish, taste sweetish.
Flowers few, small, inconspicuous, yellowish.
Fruit small, blue-black, taste sweetish.
602. *Lippia* *acuminata* (Lam.) Steyermark
Tree up to 10 m. tall, bark greyish,
leaves opposite, petiolate, lanceolate
or elliptical, entire, base acute,
petioles slender, taste sweetish.
Flowers few, small, inconspicuous, yellowish.
Fruit small, blue-black, taste sweetish.
603. *Psychotria* *acuminata* (Lam.) Steyermark
Tree up to 10 m. tall, bark greyish,
leaves opposite, petiolate, lanceolate
or elliptical, entire, base acute,
petioles slender, taste sweetish.
Flowers few, small, inconspicuous, yellowish.
Fruit small, blue-black, taste sweetish.
604. *Psychotria* *acuminata* (Lam.) Steyermark
Tree up to 10 m. tall, bark greyish,
leaves opposite, petiolate, lanceolate
or elliptical, entire, base acute,
petioles slender, taste sweetish.
Flowers few, small, inconspicuous, yellowish.
Fruit small, blue-black, taste sweetish.
605. *Psychotria* *acuminata* (Lam.) Steyermark
Tree up to 10 m. tall, bark greyish,
leaves opposite, petiolate, lanceolate
or elliptical, entire, base acute,
petioles slender, taste sweetish.
Flowers few, small, inconspicuous, yellowish.
Fruit small, blue-black, taste sweetish.

— 1859 —

1859 —

TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

A 1 2 3 4 5 6 **M** 8 9 10 11 12 13 14 15 **B** 17 18 19



—
6581